



Phil

 BIBLIOTHECA UNIV. JAGELL. CRACOVENSIS	59366	kat. komp.
	III	Mag. St. Dr.

*Cyrylakowski Andr. Augustini: Quaestio metaphysica
de aeternitate.*



IN NOMINE DOMINI, AMEN.

QVÆSTIO

METAPHYSICA,
DE

ÆTERNITATE,
S V B

FELICISSIMIS AUSPICIIS,
Magnifici, Perillustris, & Reuerendissimi Domini,

D. M. ALBERTI
ŁANCVCCKI,

J. V. DOCTORIS, & PROFESSORIS,
Ecclesiarum Cathedralis Crac: CANONICI,
Collegiatæ SS. Omnium CANCELLARII,
Pilecensis ARCHIDIACONI,

Contubernij DD. Iurisperitorum PROVISORIS.

S. R. M. SECRETARII,

Almæ Vniuersitatis Cracouiensis,

Generalis, & Vigilantissimi,

RECTORIS.



M. ANDREA AVGVSTINO CZYRZYCKOWIC,
Philosophiæ Doctore, Collega Minore, Ecclesiæ Collegiatæ
Sanctorum Omnium Cracouiæ CANONICO,

Pro Loco Maioris Collegij obtinendo,
Publicæ Disputationi

PROPOSITA.

In Peraugusto DD. Theologorum Lectorio.

Anno Domini 1683. Die 30 Ianuarij. Horâ 15.

CRACOVIAE Typis VNIVERSITATIS.

g.g.

QVÆSTIO METAPHYSICA, DE ÆTERNITATE.

V Æternitas quæ est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio; cum ratione mensuræ; idq; Formalitèr Entis Increati; contineat Eminentèr omnem Durationem coexistendo omnibus Differentijs Temporum nec ne?

CONCLUSIO I.

Æternitas est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio.

COROLLARIA

- I. Licet perfecta Æternitas habeat proprietatem stabilitatis, & Indeterminabilitatis, radix tamen, & fundamentum illius, Immutabilitas est.
- II. Æternitati semper præsens assistit, & Infinitatem Mobilis temporis præsentem habet.
- III. Ex simplicitate præsentis, decrescit infinita futuri, ac præteriti Quantitas, hoc ipso, quod nunquã esse desinat.
- IV. Simpliciter, & perfectè accipiendo Æternitatem, non est, nisi una; imperfectè autem, & secundum quid in quantum sunt multi participantes Æternitatem, ex ipsa sumi Boni contemplatione dicuntur multa Æternitates.
- V. Æternitas, ut consistit in sola participatione, hodie maior est, quàm fuit ab initio.

CON-

CONCLUSIO II.

IN Æternitate per se, non est aliquid propriè mensurabile, tamen non potest negari, quin Æternitas habeat aliquam rationem mensuræ.

COROLLARIA

- I. *Ratio mensura, quam Æternitas includit, non est ratio mensura Formalis, sed virtualis.*
- II. *Nomina mensuræ sunt, Instans, Momentum, Morula, Tempus, & Ævum.*
- III. *Sunt quadam aterna, non in Æternitate, nec sunt ipsa Æternitas, ut est Motus, Tempus, & Mundus.*
- IV. *Infinitus Motus Rerum Temporalium si daretur, quantum potest imitatur statum Æternitatis, quem non potest Totaliter exprimere, propter perpetuam permanentiam.*
- V. *Impossibile est, quod res quæ est omnino secundum suum esse invariabilis possit tempore mensurari.*

CONCLUSIO III.

ÆTERNITAS secundum rationem suam Formalem, est Duratio Formalis Entis Increati, ita, ut ratio Formalis, quæ Ens Increatum durare dicatur sit Æternitas.

COROLLARIA

- I. *Æternitas Absolutè, & Independentè accepta, solo Enti Increato ex se competit, alijs verò per Communicationem.*
- II. *Æternitas Participata est mensura, Realitèr distincta, ab Æternitate Increati, & per Essentiam.*
- III. *Ex Duratione maiori, ferè colligitur, maior perfectio rei.*
- IV. *Æternitas non est mensura propria Durationis Intelligentiarum.*
- V. *Duratio habet in se certam aliquam rationem Quantitatis, & ideò distinguitur à suis partibus s. Tempore, Ævo, & Æternitate.*

CON-

CONCLUSIO IV.


ÆTernitas Eminentèr continet omnem Durationem, coexistendo omnibus Differentijs Temporum.

COROLLARIA

- I. Continere Eminentèr Durationem, nihil aliud est, quam sine successione continere Vniuersam.
- II. Ratio Interminabilitatis, & Uniformitatis, non propriè declarat nobis, quanta sit Duratio Æternitatis in se, declarat tamen nobis, quanta sit, eà ratione ut distinguitur à Duratione Existentiæ, per eam namq; cognoscimus Durationem Æternitatis, longè diuersam esse à Duratione omnium Creaturarum.
- III. Quàntitas, & Modus Durationis, constituit aliam Durationem Permanentem, & Totam simul, & aliam Fluentem, qua per se conuenit Durationi, eà ratione ut est mensurabilis: Modus autem per accidens in quantum pertinet ad Durationem, quâ talis est.
- IV. Duratio alia est Infinita, qualis est Entis Increati, & alia omninò Finita, ut est rerum Generabilium, & Corruptibilium; alia partim Finita, & partim Infinita habes inini, & carès sine, qualis est Angeli, & Anima Rationalis.
- V. In qualibet Duratione Creaturæ reperitur Præteritum, & Futurum, Prius, & Posterius, in Æternitate autem est unicum Instans, excludens omnes Terminos.



Permissu Magnifici D. RECTORIS.



~~Quercus macrophloea de acuminata.~~

~~Leptogonocarpus chin. Aug.~~